

**DICCIONARIO  
GRIEGO-ESPAÑOL**



- Imper. **Praecepta Salubria** poema medicum (*Praec.Salubr.*)  
Bussemaker, U.C., «Fragmenta poematum rem naturalem uel medicinam  
spectantium, en AA.VV., *Poetae Bucolici et Didactici*, III, París (D) 1862,  
pp.132-134.

[Bussemaker 1862.pdf](#)

---



PRAECEPTA SALUBRIA

Praec. Salubr.

# FRAGMENTA

## POEMATUM

EM NATURALEM VEL MEDICINAM SPECTANTIUM.


---

ARCHESTRATUS, NUMENIUS HERACLEOTA, PANCRATES ARCAS,  
RUFUS EPHESIUS, JUSJURANDUM MEDICUM, ANONYMI THERIACA,  
PHILONIUM, EUDEMI THERIACA, ANDROMACHI THERIACA,  
AGLAIAS, MNESITHEUS ATHENIENSIS, SERVILIUS DAMOCrates  
PRÆCEPTA SALUBRIA ASCLEPIADI QUÆ TRIBUUNTUR.

---

OMNIA COLLEGIT, DENUO RECOGNOVIT; PLERAQUE FRAGMENTA MEDICINALIA  
CUM CODD. COMPARAVIT; PAUCA QUÆDAM NUNC  
DEMUM PRIMUM EDIDIT

U. CATS. BUSSEMAKER.



# PRÆFATIO.

Regatus ut reliquias carminum græcorum rem naturalem vel medicam spectantium colligerem, cum mente reputarem quænam his collectaneis inscriberem, ante omnia sese obtulerunt fragmenta carminis Archestrati Geloi vel Syracusani De operis, quæ nobis servavit Athenæus. Ista autem fragmenta antea jam collegerat Schneiderus in fronte Aristotelis Hist. Anim. (T. I, p. LV-LXXV), sed nescio quo lapsu quinque omisit haud spernenda quæ reliquis addidi. Quod vero ipsum Archestratum attinet, Schneiderus (l. l. p. LIII & LXXX) sat probavit, eum Aristotelis et Demostenis fuisse æqualem.

Archestrati fragmentis subjunxi Numenii Hæneleotici quæ supersunt; fuit autem Numenius (Athen. I, p. 5 a) medicus Dieuchis discipulus, unde colligere licet, eum Alexandri Magni successoribus certe non fuisse inferiorem, quia semper ipse Dieuches (Galenus Comm. in Hippocr. De nat. hom. T. V, p. 23, ed. Bas.) inter medicos Herophilo, qui Ptolemæi Lagi æqualis fuit, antiquiores recensetur. Scripsit Numenius ἡπερ δέσμων, an versibus vel pedestri oratione, non constat, quia integrum opus periit; 2º carmen De piscatu (Athen. I, p. 13 b), cuius fragmenta ab Athenæo nobis servata exhibuimus. 3º Θηριάν, cuius tria fragmenta exstant apud Schol. Nic. Ther., infra a nobis exhibenda, quodque carmen, eodem Scholiasta testante, initatus est Nicander.

Numenium sequitur Pancrates Arcas qui, teste eodem Athenæo (l. l.), itidem carmen conscripsit De te piscatoria, de cuius ætate tamen vel vita plane nihil constat. Fragmenta autem huc usque memorata atque maximam partem ex Athenæo desumpta, codicum nondum excussorum ope destinatus, exhibui qualia in recentissimis hujus auctoris editionibus leguntur, adoptatis virorum doctorum conjecturis quæ mihi probandæ esse videbantur; nonnulla tamen loca foede corrupta intacta relinquere coactus sum. Addidi interpretationem Schweighæuserianam, leviter immutata-

tam iis solummodo in locis, ubi sive quod aliam lectionem adoptaveram, sive alia quacunque denique de causa, Latina Græcis non accurate respondere mihi videbantur; duo fragmenta e Schol. Nic. desumpta ipse Latine reddere conatus sum.

Transeundum jam ad medica; horum agmen dicit jusjurandum, quod benigne mecum communicavit vir doct. Daremberg, qui id Romæ e cod. Colonnae exscripsit a prographumque dein cum Cod. Laurent. contulit. Hoç excipit initium carminis De medicamentis letalibus auctore Heliodoro Atheniensi, qui ipsum nostrum jusjurandum compilasse videtur; ætas autem vel vita hujus Heliodori plane incognita est. Post Heliodorum exhibui fragmentum Risi Ephesii medici celeberrimi De ladano, cuius de scriptis ut disseramus non videatur hic locus maxime idoneus; vixit autem, teste Suida (in voce), Trajano regnante. Seriem fragmentorum hexametro metro conscriptorum claudit Theriaca ignoti auctoris e Galeno desumpta.

Inter elegias primum locum tenere jussi descriptionem medicamenti a Philone Tarsensi Φιλώνειον dicti, de quo ipse Galenus (sec. loc. IX; T. II, p. 297) πρότη μὲν οὖν, inquit, αὐτὸν (τοῦ ἀνωδύνου τε καὶ κωλικῶν ὄνομαζομένων φαρμάκων), ὃς ἔσυχεν, ἐν τοῖς πάλαι χρόνοις ἡ τοῦ Φιλώνος ἔνδοξος ἐγένετο. Notandum autem, Galenum raro admodum adhibere verba πάλαι vel παλαιός de temporibus Alexandro Magno multo inferioribus. Huic carmini addendum esse putavi commentarium Galeni, quippe quod per se vix intelligi quit.

Sequitur carmen, quod nobis traditum est cum inscriptione Θηριάκῃ Ἀντιόχου τοῦ Φιλομήτορος παρ' Εὐδήμου ἔμμετρως ἀναγεγραμμένη. Quæri potest, quem sensum huic titulo tribuere debeamus, an Antiochus medicamentum invenerit, cuius confectionem dein memorie tradiderit Eudemus, an vero Antiochus usus sit medicamento, quod olim invenerat Eudemus. Quodsi hanc adoptamus interpretationem, Eudemus, medicamenti auctor idem esse poterit ac Eudemus, Herophili

Erasistratique æqualis ( Gal. Comm. VI in Aphor. T. V, p. 301 ). Nomen certe Antiochi Philometoris satis indicat hoc medicamentum initio secundi ante nostram æram seculi non fuisse recentius; est porro eadem theriaca quæ teste Plinio ( XX, 24 ) lapide incisa erat versibus in limine ædis Esculapii.

Post Theriacam Eudemus exhibuimus Theriacam Andromachi senioris celeberrimam, Neroni imperatori dedicatam, de cuius ætate igitur ut disceptemus non est opus.

Ultimum inter carmina elegiaca locum tenet medicamentum Aglaiae adversus suffusiones incipientes. Hujus carminis primam notitiam debemus viro cl. Villoison, qui octo priores versus edidit e Cod. Veneto ( Anecl. gr. T. II, p. 179 ); deinde ante hosce quattuor annos vir doct. Sichel primus integrum carmen in lucem protulit e Cod. Parisino in Dario *Revue de Philologie* ( Vol. II, N° 1 ). Quodsi Alexander, cuius in medicamenti inscriptione fit mentio, fuerit Alexander Philalethes Strabonis æqualis ( XII, p. 869 ), ipse Aglaias, uti jam monuerat doct. Sichel, fere Andromachi habendus est æqualis, atque hæc conjectura eo fit perquam verisimilis, quod ipse Alexander, quemadmodum e Galeno ( De diff. puls. IV, 5, T. III, p. 46 ) constat, discipulum habuit Demosthenem. Nescio tamen, quamobrem doct. Sichel confectionem tantum medicaminis tribuerit ipsi Aglaiae, carminis vero auctorem habuerit grammaticum quedam Byzantinum; nobis nulla causa exstare videtur, quare cum medicaminis tum carminis originem aliunde deducamus quam ab Aglaia nostro. Huic quoque carmini subjungenda esse censuimus Scholia ex eodem Codice deprompta, quia his carenti certe intellectu non facilius inveniretur quam Philonium.

Carmina elegiaca rursus excipiunt iambi de vino auctore Mnesitheo Athenensi apud Athenæum legendi quibus addidi elegantissimam Grotii interpretationem. Quod ad Mnesithei ætatem attinet, recensetur itidem a Galeno ( Comm. in Hipp. nat. hom. I. l. ) inter medicos Herophilo antiquiores, citaturque præterea ab Alexi comico ( ap. Athenæum X p. 419 c ). In reliqua Mnesithei opera nihil est cur nunc inquiramus.

A Mnesitheo transvi ad versus iambicos, quibus Servilius Damocrates multa medicamenta

descripsit quorumque separatam editionem inchoavit, sed non absolvit doct. Harles ( Bonn. 1833. 4<sup>o</sup> ). Fuit autem hicce Damocretis Plini majoris æqualis ( Hist. Nat. XXIV, 7 ).

Medicinalia carmina omnia quæ ad hunc usque locum enumeravi, exceptis jurejurando, Aglaiae medicamento et Mnesithei iambis, desumpta sunt e Galeni operibus, partim e Libb. De med. comp. sec. loc., partim e Libb. De med. comp. sec. gen., partim denique e Tractatu de Antid. Itaque cum omnes fere libri Galenici in hunc usque diem editi acriter manum emaculantem expectant, quam primum mihi demandatum fuit munus horum carminum edendorum, sedulo operam dedi, ut Codd. nanciscerer, quorum ope carminum textum emendare possem. Hunc in finem excussi quinque Codd. Parisinos ( 2155, 2156, 2158, 2164, 2173 ), quæ opus De med. sec. loc. ejusve partem continet, iisque mihi haud contempnenda opem ad emendandum contextum tulerunt. Cum autem Parini deessent (1) Codd. Libb. De medic. comp. sec. gen. Romæ forte degens inspexi Cod. Reg. Christina hos libros exhibentem, unde sat magnum queque emolummentum in editionem nostram reducavit. Libb. tandem de Antid. duo tantum Codd. Parisini ( 2164, et 35 Suppl. quod dicitur ) mibi præsto erant iisque recentissimi, attamen et his adjuto nonnulla, etiamsi pauciora, e nostris carminibus menda ejicere mihi licuit. Quæ autem hujus editionis ratio vetat, quominus varie lectiones contextui subjiciantur, ubicunque mensa conjectura contextum emendare conatus sum, si aliquo modo fieri posset, verba addita unius inclusi, vel emendata signo (?) indicavi, quo melius distinguerentur a locis, quibus vel Codd., vel passim etiam, licet raro, antiquarum editiones ( Ald. et Bas. ) ope pristinum nitorem restitueram. Ut porro Latine exhiberem hæc carmina, iis quæ e Libb. De med. comp. sec. loc. potius erant addidi interpretationem Jani Cornarii, carminibus vero e Libb. De med. comp. sec. gen. desumptis translationem Guinteri Andernacensis, quas nonnisi iis in locis castigare conatus sum, ubi vel propter mutatam lectionem, vel quacunque denique alia de causa, Latina Græcis non respon-

(1) In Catalogo quidem hi libri in Codd. 2156 et 2158 inveniri dicuntur, sed Libb. VI-XI De simpl. medic. hic sub titulo Περὶ ἀπλῶν κατ’ εἰδῶν; veneunt, auctores catalogi in errorem induxerunt.

**Aduent.** At carminum quæ in Libb. De antid. lector, tres inspexi interpretationes, primam C. Camerarii, alteram Guintheri Andernensis, tertiam Julii Martiani Rotæ, quarum nulla ubique cum satisfacere videretur, selegi quovis loco quæ optime verba Græca Latine redidit, in iis vero locis ubi omnes displicebant, interpretationem Latinam resarcire conatus

Non indigna tandem judicavi quæ his collectatis insererentur Præcepta salubria, quorum 40 priores primum in programmate academico Cod. Mosquensi edidit Gruner lenæ 1782 4°; doct. Berger in *Aretin Beiträge zur Geschichte und Literatur T. IX*, p. 1001 Monach. 1807, 8°; Cod. Monacensi edidit 25 priores versus; postea doct. Schubart totum carmen edidit e Cod. Vindobonensi in Diario cui nomen est *Wiener Jahrbücher der Literatur Jahrg. 1834 Anzeige-Blatt für Wissenschaft und Kunst* p. 93; his tribus editionibus novam superstruxit vir doct. Rob. Ritter von Welz, quæ prodiit Wirzburgi, 1841, 8°; non propto ante hos sex annos Berolini inspicere sunt schedas viri Doct. Dietz, præmaturo fato brepti, indeque excerptsimus lectiones Cod. Vat. 3 Codd. Florent., inter quos duo saltem omnino aliis præferendi esse videntur; benevolentia lem viri doct. Daremberg debemus varias Cod. Ottoboniani, quarum ope jam quindecim versibus (40, 43 et 44, 53-56, 68-71, 91-94) posteriora prodeunt hæc præcepta; inter hos versus uno duo (54 et 55) scède sunt corrupti. De auctore horum præceptorum vel de aetate quæ scripta sint perquam difficile est aliquid certi fore; nulla enim fides est habenda codd. qui hos modo Asclepiadibus, modo vero Asclepiadi et Dioscoridi, modo tandem Oribasio

tribuunt. Ipsa jam metri ratio senioris ætatis documentum esse videtur; scripta enim sunt hæc præcepta iambis ita dictis Byzantinis quorum omne artificium eo constat quod singuli versus duodecim syllabis absolvuntur; excipiendi tamen sunt duo priores versus pentastichi quod tituli locum tenet; nam hi quattuor anapæstis cum dimento iambico brachycatalectic constare videntur, at inveniuntur solummodo in Cod. Vind.; Cod. Ottob. omittit vs. 1, secundumque versum incipita a voce μεταδίδοσθαι et in fine versus legit ἔκφρισας reliqui Codd. toto pentasticho carent. Ceterum totum carmen vocibus plane barbaris caret, nisi forte excipias vs. 3, ubi omnes Codd. præter Mosquensem pro πολύμικτον legunt πολύμινσον præterea voces χώναρος (vs. 89), κολλούριον (vs. 89 et 98), uti et genitivi σου τὸν δόμον (vs. 47) et σου τὴν στέγην (vs. 50) pro senioris ætatis argumento haberri possunt; verba porro μετὰ θεοῦ (vs. 27) vix ab alio quam a Christiano auctore profecta esse videntur, quemadmodum jam animadverterat Doct. Schubart, et totum carmen aliquo modo disciplinam monasticam redolere videtur. Non negandum tamen, auctorem horum versuum aliquo modo in lectione librorum antiquorum versatum fuisse, uti indicant voces λύθρου βλύστις (vs. 32), αἰτιον (vs. 59), κτιννύεις (vs. 90 et 91). Hujusmodi argumentis forsitan solvenda erit quæstio, num hoc carmen unum auctorem habuerit, an a pluribus viris ætate inæqualibus sit conscriptum; doct. von Welz id quattuor partibus constare affirmat, quarum secunda incipit a vs. 28, tertia a vs. 45 et quarta a vs. 80, atque duas posteriores prioribus recentiores esse contendit. Huic autem opinioni aliquo modo favere videtur, quod in Codd. Vindob. et Florent. margini vs. 28 adscriptum est nomen Dioscoridis.

## U. CATS BUSSEMAKER.

Scripsi Parisiis, pridie Nonas Majas 1850.



## ΥΓΙΕΙΝΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

170 Καὶ γέντιανῆς, ὡς ἔφην δεῖν προσφέρειν  
Τοῖς λυσσοδήκτοις, καὶ τὰ λοιφ' ὡς εἴπομεν  
Ποιεῖν ἐπ' ἑκείνων, ταῦτα καὶ τοῖσδε ἀρμάζει,  
‘Οπόν τε Κυρηναῖον αὐτοῖς προσφέρειν,  
Οὖ μη παρόντος δὲ, διδόναι καὶ Μηδίκον  
175 Ὁβολὸν τὸ πλῆθος μεθ' ὕδατος χυάθων δυοῖν·  
Τῆς γεντιανῆς δ' δύον ἄγει τριώδολον·  
Χυλὸς δ' ἀμείνων ἐστὶ τῆς βίζης πολ'.  
( Antid. II, P. II, p. 453 et 454.)

Et gentianam ut rabirosorum morsibus  
Jussi administrare et reliqua, ut praecipimus  
In illis facere, eadem apud hos quoque congruerit.  
Succumque Cyrenæum ipsi et porrige;  
Si desit, Medicum administrari potest  
Obolus unus duobus cum cyathis aquæ,  
At gentianæ quantum tres obolos trahit,  
Est autem succus multo radice melior.

## ΥΓΙΕΙΝΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

“Υγιεινὰ παραγγέλματα σύντομα ἀσχληπιάδους  
ταῦτα] Καὶ Διοσκορίδους μεταδίδοσθαι τὴν γραφὴν  
[ἔξορχισάντων

‘Αταμιεύτως καὶ σὺν ἀφθόνῳ τρόπῳ·  
‘Ο γάρ φυλάξας καὶ κλινήρης ὡν δραμεῖ,  
Καὶ ρίκνὸς ἐνδύσαστο τῆς ἀκμῆς μέλη.

Ἐνέξιας τράπεζαν, εἰ θέλεις, μάθε·  
Τῆς ἡμέρας δείπνησον εἰς ἀπᾶς μόνον·  
Ἀπλοῦν τὸ δεῖπνον οὐ πολύμικτον φέλει.  
Πρὸ τοῦ κόρου βρῶσιν τε καὶ πόσιν φύγε.  
5 Καὶ συμμέτρως γύμναζε σαυτὸν τοῖς πόνοις.  
Ἐπὶ τὰ δεξιὰ δὲ τοῖς ὑπνοῖς κλίνου.  
Καὶ τὰ ψυχρὰ πόματα κειμένων μίσει.  
Τὴν κρανιακὴν τέμνει τῷ θέρει φλέβα·  
Τὴν καθολὸν δὲ τοῖς ψυχροῖς μᾶλλον χρόνοις.  
10 Κανὸς ἡς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης ἐν φθίσει·  
Ἄν δ' ὑπέραρχος, τῆσδε τὸ πλήρες σκόπει,  
Καὶ γαστέρος κένωσιν ἐκ τῶν σκυβάλων,  
Τό τ' ἀκριβῶς ἀδιψον ἀπικρον στόμα.  
Χρῶ καὶ λοετροῖς ἀσφαλεστάτη κρίσει,  
15 Συρχοῖς μὲν, ἀν ἐπιχήρης αὐχμηράν πλάσαν·  
Ἄν δὲ πλαδῶσαν, σπάνιον καὶ σὺν χρόνῳ·  
Κανὸς ἡς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης ἐν φθίσει·  
Ἄν δ' ὑπέραρχος, τῆσδε τὸ πλήρες σκόπει,  
Τῆρει τε γαστρὸς ἔκφρόσιν καὶ στόμα  
20 Δίψους ἀγευστον, εἰ καὶ μή πει πικρίας.  
Τὸ σῶμα θάλπε χλανίσιν ἐν τῷ ψύχει,  
Καὶ τὴν κεφαλὴν, οἷς ἔθος, καὶ τοὺς πόδας,  
Πλὴν τὰς σιεύρας φεῦγε καὶ τούτων ζέσιν,  
Καὶ μᾶλλον οἶχι λασιοτριγες πλέον.  
25 Καὶ οἰκίας ἔκκλινε δυσωδεστέρας  
Ἄει τε καὶ μάλιστα καύματος χρόνῳ·  
Μετὰ θεοῦ γάρ τούτοις ἔχρυγεις νόσους.  
Χειμῶνι χρῆσθαι συμφέρει πολλοῖς κόποις,  
Τροφαῖς τε πολλαῖς καὶ γινωσκούσαις κόρον.  
30 Σῶμα κενοῦν ἔαρος ἔγρην, ὡς θέλεις,  
Πήγουν ἐμέτοις, ἥγουν γαστρὸς ἔκρύσει,  
Εἴτε φλεΐδος τοιῷ τε καὶ λύθρου βλύστει.

Præcepta salubria contracta Asclepiadis haec sunt  
Et Dioscoridis qui jusjurandum exegerunt, ut communica-  
[ retur scriptura

Sine parcimonia et mente invidia carente;  
Qui enim hæc servat, curret, etiamsi lecto teneretur,  
Et adolescentiæ induet membra, etiamsi incurvatus.

Mensam bonum habitum conciliante si velis, audi :  
Quovis die semel tantum cœna;  
Simplicem cœnam, non variam ama.  
Antequam satur sis, cibum ac potum fuge.  
Et moderate te ipsum laboribus exerce.  
Sub somno in dextro latere recumbe.  
Et frigidas potiones hyeme odi.  
Cephalicam venam aestate incide,  
Generalem verò potius tempore frigido;  
Atque si fueris in culmine vitæ, luna decrescente;  
Si vero id prætergressus fueris, plenilunium dispice.  
Uti et ventris vacuationem a fæcibus,  
Nec non os sitis et amaroris ad amussim expers.  
Uttere et balneis certissimo iudicio,  
Crebris quidem, si habueris constitutionem aridam;  
At si uidam, raro et temporis spatio interjecto;  
Atque si fueris in culmine vitæ, luna decrescente;  
Si vero id prætergressus fueris, plenilunium dispice;  
Serva et ventris egestionem et os  
Sitis expers, si certe amarorem vitare non liceat.  
Corpus fove laena tenuiori sub frigore,  
Nec non caput, iis saltem qui solent, et pedes,  
Verum paenulas fuge earumque calorem  
Et maxime quæ hirsutiores sunt.  
Domos quoque vita pejus olentes,  
Semper quidem, at maxime aestus tempore;  
Deo enim juvante sic effugies morbos.  
Hyeme uili confert multis laboribus,  
Et alimentis multis satietatemque non recusantibus  
Vere corpus vacuare oportet qno modo vis,  
Seu vomitu, sive ventris fluxu,  
Aut venæ sectione et cruoris scaturigine.

Θέρους πόνων ἡ λῆξις ήμεν συμφέρει,  
 Ἡ τῶν τροφῶν τε βραχύτης καὶ ψυχρότης,  
 καὶ τῶν ὕδατων ἡ περίψυχρος πόσις.  
 Φθινοπώρῳ δὲ σὺν ἀκριβεἴᾳ τρέφου,  
 Τὰ ψυχρὰ φεῦγε, τῆς διπώρας τὸν κόρον.  
 Σύκοις δὲ συχνοῖς καὶ σταφύλαις ἐκτρέφου.  
 Ἰσημερίζ σῶμα ταχὺ ἔκκενον  
 οἱ Μίσθιοι κενώσει τῶν τροιῶν, ὡς ἐγράφη.  
 Τοῦ δὲ δέρος τραπέντος εἰς πλεῖον κρύσους,  
 Χλαιναῖς τὸ σῶμα θάλπε, καὶ φυγεῖς νόσους.  
 Ἡκὼς τὰ πολλὰ συνετηρηθῆς νόσου,  
 Διψῶν δὲ ὑπνοῖς κερδανεῖς εὐείαν.  
 Διξιοκόλταις, ὡς ιατρὸς τις λέγει,  
 Καὶ χλιαρὰ πίνουσι μακρὸς ὁ χρόνος.  
 Ἐν τῷ λιβάνῳ θυμιῶν σου τὸν δόμον  
 Καιροῖς θερινοῖς καὶ φόρου λοιμοῦ χρόνῳ,  
 Τηρεῖς σεκυτὸν τῆς βλάβης ὑπέρτερον.  
 Ἐν λαδάνῳ δὲ θυμιῶν σου τὴν στέγην  
 Ἐν κρηερῷ τε καὶ καταρρόοις χρόνῳ,  
 Πόκωνισιν αὐτὸς καὶ κατάρρουν ἔχρυγεις.  
 Ψυχροστομάχου καὶ ποτοψύχρου πλέον  
 Λεπτῆ πτέρωσις εἰς θεραπεῶν μέγι,  
 Πυρίδιον πλήσσασα λινοῦν<sup>\*</sup> ἔξυλιψ,  
 Καὶ τῷ στομάχῳ συνεχῆς ἔξωσμένη.  
 Μᾶι τὸ καλὸν εἶδος εὐχυμίας  
 Τέρπει τε γενεῖν καὶ βιοῖ πολὺν χρόνον,  
 Αἰσιόν ἔστι καὶ νέοις καὶ πρεσβύταις,  
 Αἰσθήσεων τε λαμπρύνει τὰς ἔκκριτους,  
 Πλὴν ὡμὸν αὐτὸν μῆτ' ἀφέψινον ἔσθιης.  
 Ἰντύδιον φακῆν τε πυκνοῦς ἔσθιων,  
 Ἄναφρόδιτον τὴν φύσιν ἔκεργασθ.  
 Ἄν μνήμονα νοῦν ἐγκαταστῆσαι θέλῃς,  
 Τὸν συνέκηδον, εἴτ' οὖν ἀκράτῳ  
 Ὁργανὸν πρὸς ἄκραν ἐκκαύτας ζέσιν,  
 Καὶ κατὰ γένναν τῆς σελήνης ἔκρόφα.  
 Τηροῦσιν ἀμέθουσον ἀνδρὸς τὸν πότην  
 Ἀμύγδαλα θάσια πικρίζοντά τε,  
 Βρωθέντα πέντε τάχα ὑπὲρ πεντάδα,  
 Πλὴν ἀστίοι πάρυγγι καὶ πρὸ τῆς μέθης.  
 Σπέρματα λειανθὲν τῆς θριδακίνης μέλαν  
 Ψυχρῷ νάματι συγκερασθὲν εἰς πόμα  
 Τὸ πρωινόν τε καὶ τὸ πρὸς τὴν ἐσπέραν  
 Συνουσίαν παίνει τε καὶ γονὴν ψύχει.  
 Φόδρογον φάρυγγος οἰδεν ἀπολαμπτύνειν  
 Δειπνούμενον σκόρδον, ὡς αὐτὸς θέλεις,  
 Εἴτ' ὥμὸν ἴσως, εἴτ' ἐπ' ἀνθράκων ζέσας.  
 Καὶ κιννάμωμον λαμπρόφανον εβρέθη.  
 Ψύλλας διώκει καὶ μάλιστ' ἀνθράκων  
 Ἑποστορεούμενην τῇ κορετρόφῳ κλίνῃ  
 Ἀβρότονόν τε καὶ μάλιστ' ἀψίνθιον,  
 Ζωμὸς τε φύλλων τῆς συκῆς τῆς ἀγρίας  
 Ἀποτλεγέντων ἐν χύτρᾳ κατ' ἀνθράκων  
 Ψύλλας διώκει καταχυθεὶς ἐν δόμῳ.  
 Μυρκτόνος γένοιο ταχὺς, ἢν θέλῃς,

*Estate laboruin vacatio nobis confert  
 Alimentorumque paucitas ac frigus,  
 Et aquæ perfrigidæ potus.  
 Autumno vero ad amussim nutriaris;  
 Frigida fuge et fructuum horætorum satietatem,  
 At siccis multis et uvis vescere.  
 Equinoctio corpus illico vacua  
 Una e tribus vacuationibus quarum mentionem feci.  
 Aëre vero ad maius frigus converso,  
 Paludamentis corpus fove, atque effugies morbos.  
 Te ipse tuebere extra morbos plerumque,  
 Si siliens dormias; habitum lucrabere bonum.  
 Dextro in latere recubantibus, ut quidam medicus dicit,  
 Et tepida bibentibus longa est ætas.  
 Thure suffiens domum tuam  
 Diebus aestivis et stragis pestis tempore  
 Servas te ipse calamitate superiorem.  
 Ladano vero suffiens tectum tuum  
 Tempore gelido vel destillatione regnante,  
 Constrictionem effugies ipse atque destillationem  
 Stomachi frigore et potu frigido  
 Multo magis ad curandum juvat tenui fulcimentum (?),  
 (Quod pares) somentum implens lineum exylo (?)  
 Et stomachum (hoc) perpetuo cingens.  
 Mel bonum summa succi sui virtute  
 Gustum oblectat et vitam per longum tempus protractit;  
 Faustum est cum juvenibus tum senibus,  
 Et sensum exhilarat excellentissimos.  
 Sed crudum edendum est, non decoctum.  
 Intybo et lente crebro vescens  
 Veneris expertem reddes naturam.  
 Si bonam memoriam inserere velis,  
 Cum aqua coque, vel cum mero  
 Origanum, ad summam ebullitionem usque calefaciens,  
 Et luna crescente absorbe.  
 Ebrietatis expertem servant virum potatorem  
 Amygdala Thasia amaraque  
 Quinque supra numerum quinarium comesa,  
 Verum gutture cibis vacuo et ante ebrietatem.  
 Seimen lactucæ nigrum contritum  
 Undæque frigidæ commixtum ad potum  
 Quum matutinum tum vespertinum  
 Colitum sistit et semen refrigerat.  
 Gutturis vocem claram reddere novit  
 Allium comesum, ut ipse volueris,  
 Sive crudum forsitan, sive super carbonibus coctum.  
 Cinnamomum quoque vocem claram reddere probatum est.  
 Pulices fugat et cum iis cimices  
 Substratum lecto cimices alenti  
 Abrotanum et maxime absinthium;  
 Jus quoque foliorum siccus sylvestris  
 In olla decoctorum super carbonibus  
 Pulices fugat in domo effusum.  
 Murium intersector fles celer, si velis,*

Ἐύσματα λεπτὰ σιδῆρου συμφυράσσες  
 Ζύμη τε καὶ στέατι πρὸς μίαν κρᾶσιν,  
 Πλάττων τε κολλούριον κινάριν τύπον,  
 90 Τίθου τράπεζαν τοῖς μυσὶ καὶ κτιννύεις.  
 Ὑδράργυρος τοὺς φθείρας δὲν κτιννύει,  
 Ἀνοζυμωθεὶς τῷ στέατι πρὸς κρᾶσιν,  
 Ἐπαλειψθεὶς τε φθειρῶντι σαρκίῳ  
 Τηροῦντι θάλψιν ἐνδόν ἔξι λιματίων.  
 95 Ἡγουν βοτάνην τὴν μυοκτόνον λαβὲ,  
 Πυρδὸν βοτάνην καὶ χγούδη τὴν θέαν,  
 Ζύμη τε καὶ στέατι καὶ ταύτην φυρῶν,  
 Ποιῶν τε κολλούρια τὰς μύας τρέφε,  
 Καὶ γίνεται κώνειογ αὐτοῖς ἡ τροφή.  
 100 Καὶ σανδαράχη τὰ δμοὶ οἴδε πράττειν.

Depstis tenuibus ferri ramentis  
 Cum fermento et sevo in unam misturam,  
 Alque fictum horum ope collyrium nucum pinearum ad <sup>100</sup>  
 Dapem appone muribus et occides. [πεπ]  
 Argentum vivum pediculos cito interficit,  
 Subactum cum sevo in unam mixturam,  
 Illitumque carni pediculis infecte,  
 Si calcationem servet intus vestimentis conciliatam.  
 Sive plantam aconitum sume,  
 (Rufa est planta et lanuginosa adspctu)  
 Eaque cum fermento et sevo subacta  
 Collyriisque fictis mures ale,  
 Et sit cicuta iis hicce cibus.  
 Sandaracha quoque eadem facere novit.